

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HE RMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. VIII

VT
CELSISSIMAE PRINCIPIS. AC. DOMINAE.
DOMINAE
FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE
REGIAE. PRUSSORVM. STIRPIS
RELIQVA
PATRIAEC. MATRIS. OPTIMAE
DIEM. NATALEM
D. III. IVLII. CCCLV
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C
QVA. DEGET. ANIMI. DEVOTIONE. CELEBRATVOS.
FREQVENTIA. BENEVOLA. AVDIANT
OBNIXE. ROGAT
EIVSDEM. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Intersectio I.

QVIBVS GERMANORVM LOCIS DVRVM SVPERSTES?

Hermundvrorum dvrvm, dorvm, tvrvm, torvm, thvrvm, thorvm et eius generis, parum enim ista scriptio a se in vicem differt, seruauerunt alia in fronte, alia in calce.

Pars prima.

QVIBVS DVRVM IN FRONTE?

Index dictorum.

- | | |
|--------------------------------|-------------------------|
| §. I. DVRVM in fronte locorum. | §. III. Per HIS PANIAM. |
| §. II. Per HELVETIAM. | §. V. Per BRITANNIAM. |
| §. III. Per GALLIAM. | |

§. I.

Deprehendes illud a fronte multorum locorum nominum in iis regionibus, quas 1.) Germani olim tenuerunt aut immigrarunt,

§. II.

In HELVETIIS quidem eius modi haud potui inuenire; cuius tamen non fuisse expertes, persuadere a quibusdam, 1.) qui, illorum *Zurzach* haud ignotum Badensis comitatus vicum 120 M. P. infra Kaiserstuhl versus *Klingenauiam* ad Rhenum situm 2.) quasi *Dvrzach* dictum esse, pronunciant. Fauet opinioni huic, quod Romani Germanorum z per t vel d elocuti sint. 3.) Non tamen refragabor *Zur a Dur*, *Tur* vel *Thur* factum existimanti, cum nullum amplius dubium, *Tigurinum* 4.) pagum esse medio aevo 5.) *Dvrgaugensem*, *Tvr gau-*

1.) Quas nuperime Sectione II.
§. VIII. seqq. exposui.

§. II. 1.) Guillimanno Rer. Hel-
uet. Lib. I. Cap. II. p. 17. Chronicō
Gottwicensi Lib. III. N. CCCCLXIII.
et Wachtero Gl. Gerin. v. *Dur* p.
324.

2.) Si fides est Meriani Topogra-
phiae Helvetiae Germanicae p. 52.
Latinæ p. 44.

3.) Quod exemplo vrbis *Mer* doce-
bo parte posteriori in sequenti §. III.

not. 17. Adsentitur Schwarzius ad
Cellarii Notit. Orb. Antiq. Lib. II.
Cap. III. Sect. I. §. XXXXI. et in
Subplement. p. 4. Conferas Inter-
pretes ad Antonini Itiner. p. 21. seq.
ed. Weselingianae.

4.) Caesaris de Bell. Gall. Lib. I.
Cap. XII. n. 4.

5.) Quod omnium optime do-
cuit Abbas, dum viueret, R. Gottwi-
censis Godosredus de Besel Chronicō
sui elegantissimi Lib. III. N.

TVRgaugensem, TVRgiensem vel TVRICgowe nominatum, vnde re-
centiorum zvrickgowe vel zvrichgauge, in ipsa celeberrima Hel-
uetiae vrbe Zürch nomine adhuc isto superstitio, 6.) quae ipsa
quondam **TVREGium, TVREGUM, THVREGUM,** eiusdemque ca-
strum **THVRICINUM** sive **TVRICINUM**, vt et lacus adiacens **TVRI-**
CINUS, qui nostris Zürchersee, 7.) Illum autem pagum non nisi Vrfa
fluuius diremit a **DVRgauia, DVRgauensi, DVRgowe, TVRgowe,**
cuius pars in nomine **THVRtal** originem nominis adhuc feruat,
quippe quam vallem fluuius **Dura, Tura, Tauro**, hodie **Thur** no-
minatus, rigat, 8.) Huc forte referenda Geographi Rauennatis 9.)
TVRIGOBERGA, quam quo minus de Zürch interpreteris, facit **Ziuri-**
chi, quod tribus lineis ante posuit, in quo, quis est, qui non
Zürch videat, ni mavis, Alfatiae **TVRENsi** pago circa ripas fluuii
TVRI vel TVRE IO.) fuisse sitam?

§. III.

IN GALLIA fuit I. **DVRocasae**, 1.) **DVRocasae**, 2.) **DVRocafe**,
3.) **DVRocassium**, 4.) quod paullatim contraxerunt et **DVRca-**
simum castrum, DROcasque formarunt, 5.) vnde tandem hodiernum

N 2

Dreux

CCCCXLV. p. 821. Inde autem
reformandus lunkerus Geogr. Med.
Aeu. P. II. Cap. V. p. 216.

IV 6.) In quo suffragantur Cluenerius
Gem. Antiq. Lib. II. Cap. III. et Cell-
larius Notit. Orb. Antiq. Lib. II.
Cap. IIII. Sect. I. §. XXXXI.

7.) Quae debebo laudato Chronicoo
Besseliano Lib. III. N. CX. p. 513.
et Lib. IIII. N. CCCCLXV. p. 821.

8.) Quae discas optimie ex eo-
dem Besselio, si conferas ab eo N.
CXXVIII. p. 581. et N. CCCCLXV.
p. 821. dicta.

9.) Lib. IIII. Cap. XXVI.

10.) De quo Abbas Gottwicensis
meliora eductos in Chronicci sui Lib.
III. N. CCCCLXVI. p. 823, consu-
lendus

§. III. 1.) Quae est scriptura duorum
marmorum apud Godium Inscr. p.
CLIII. N. 2. et p. CLXXXIII. N. 2.

2.) Haec autem Itinerarii Anto-
nni ed. Weselingianae purgatis
mai p. 384. et 385. si ex eius **Du-**
rrocasi, quod ablativo casu positum,
recte diuinavit cetera felicissimus al-
ter Tiresias, Cellarius Lib. II. Cap.
II. Sect. II. §. LXX. nisi quod vtrum-
que duplice dedit.

3.) Ut eius nominatiuum, idque
duplice, formauit Cluenerius Lib. II.
Cap. XXV. extr.

4.) Tabulae Peutingerianae, quam
nasutiores ad aeum Theodosianum
referunt.

5.) Quod obseruauit doctissimus
Weselingius.

Dreux 6.) prouinciae, quae incolis Isle de France dicitur, agri Meduntani ad fluum Eure. Quo pacto autem sic quidam 7.) tuebuntur, hoc oppidum Latinis dicendum esse *Druidum fanum?*
 II. D V R O N U M 8.) Bagacum inter et Verbinum in Veromandu-
 rum finibus Galliae Belgicae, 9.) cuius nominis reliquias *Doran-*
 vicus Tirasii creditur 10.) seruare. III. D V R O c o r t o r u m , II.) ΔΟΥΡΙ-
 κότρος, 12.) D V R O c o r d o r u m , 13.) D V R O c o r t h o , 14.) vel transpo-
 sitis quibusdam literis D V R O t o c o r u m , vnde Stephani ΔΟΥΡΟκόττορες
 15.) restituendum, quondam μητροπολις 16.) Remorum, quorum
 nomen cum illa posteri commutarunt, 17.) vt iam Rheims audiat,
 18.) medio aevo Remi dictum, 19.) quamquam, illud in Arencort
 iuxta portum Nicolai superstitem esse, est, qui vult, 20.) IIII.

Hinc

6.) In quo Wesselingius secutus
 est Cluuerium, Cellarium et Wach-
 terum.

7.) Keyslerus Antiquit. Septentr.
 p. 70. Hubnerus, Hagerus.

8.) Soli Antonini Itinerarii aucto-
 ri memoratum, vt in Wesselingia-
 na p. 381. conspicias.

9.) Ut censem Cellarius Lib. II.
 Cap. III. Sect. XX. § CCV.

10.) Ex indicio Wesselingii V. C.
 immo ante eum Cluuerii Lib. II.
 Cap. XXIII.

11.) Caesaris Bell. Gall. Lib. VI.
 Cap. XXXXIII. n. I. quem, vt par-
 erat, secuti sunt Prolemaeus et au-
 tor Antonini Itiner. p. 362. 363.
 364. 365. 379. 381.

12.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. IIII.
 p. 297.

13.) Membranae Antonini Itine-
 ratii, quas Surita consuluit, vt testatur
 ad illud p. 362.

14.) Frontonis ; eius verba
 Contentius Artis p. 2031. seruavit,

quae Wesselingius ad Antonini Iti-
 ner. p. 361. in scenam produxit.

15.) Cesaubono indice ad Strabo-
 nem citatum.

16.) Quem ad modum eam ad-
 pellauit Strabo idem, a quo ne la-
 tum quidem vnguem discessit Cae-
 far et Prolemaeus.

17.) Eadem plane ratione, qua
 Turoni cum Caesaro duno N. VI.
 Cantuaria cum Duroverno §. V.
 N. I. et Mediomatrici cum Diu-
 duro §. III. N. III sequentis posteri-
 oris partis hujus Intersectionis I.

18.) Recte indicante Cellario Lib.
 II. Cap. III. Sect. XXI. §. CCVI.

19.) Quod docuit idem Cellarius
 auctoritate Ammiani Marcellini Lib.
 XV. Cap. XI. p. 111. Gronouiani
 et Notitiae Prouinciarum.

20.) Bilibaldus Pirkeimerus Loc.
 per German. Explicat, in Schardii
 German. Tom. I. p. 204. Beatus
 Rhenanus Rer. Germ. Lib. III. p.
 180. contentus fuit, *Durocotorum*

Hinc non plus, quam M. P. XXXIII. siue Leugas distabant DVRO-
 catelauni 21.) vel DVRO caralauni, 22.) quod respuantur qui 23.)
 Catalaunos siue Catelaunos dicunt, vnde Cellarius, 24.) praefixum
 DVRO ex sequenti DVRO cortoro retractum fuisse errore scribentis,
 suspicatur, cui neque Wesselingius 25.) intercederet, nisi et MSS.
 suspicioni officerent, et DVROM saepe partem titulorum urbis per
 Galliam et circa faceret, 26.) Nunc Chalons vocare adfuerunt,
 27.) cum Hadr. Valeius nullos inuenit patronos, illos Catelaunos
 esse Vadicases, eorumque oppidum Nouiomagum, 28.) V. In
 Burgundia fuit DVROtingo, si diis placet, 29.) Addas per me licet
 VI. praefens TOVRS, quod TVROni quondam adpellatum 30.)
 a gente TVRONUM 31.) vel TVRORUM, 32.) quibus urbs Caesaro-
 dum ad Ligerim, 33.) quod nomen 34.) posteri cum nomine gen-
 tis commutarunt, 35.)

S. III.

Nec HISPANIS plane ignota vox, de qua hic agendum.
 I. Meminit Plinius 1.) TVRLafonenfum cum Ilerdensisbus et Oscensi-
 bus

N 3

nominasse, atque Mediomaticis tri-
 buisse.

- 21.) Antonini Itiner. p. 361.
- 22.) Quod ibi unus MS.
- 23.) Ut Eutropius Lib. VIII.
- Cap. VIII. n. 3. et Ammianus Mar-
 cellinus Lib XV Cap. XI. p. 111.
- 24.) §. CCVIII.
- 25.) Ad Itinerarium illud p. 362.
- 26.) Cuius haec mea tabella ex-
 hibet generis plura.
- 27.) Ut index est Wesselingius,
 immo iam ante Cellarius Notit. Orb.
 Antiq. Lib. II. Cap. III. Sect. XXI.
 §. CCVIII. et ad Eutropium antea
 citatum.

28.) Quem pluribus redarguit
 Cellarius 1. c.

29.) Placuit enim, quod scio,
 nemini nisi Geographo Rauennati

Lib. III. Cap. XXVII. aut eius libra-
 rio.

30.) Apud Sulpicium Seuerum
 Dial. III. Cap. VIII. n. 1. et Grego-
 rium Turonensem Lib. X. Cap.
 XXVIII.

31.) Caesaris de Bell. Gall. Lib.
 II. Cap. XXXV. n. 3.

32.) Eiusdem Lib. VII. Cap.
 LXXV. n. 3. Lucani Pharsal Lib. I.
 vs. 437. et Sidonii Paneg. Maio-
 rian. vs. 210.

33.) Prolemaei.

34.) Cuius exempla vel ipsa haec
 tabella aliquot paullo ante N. III. et
 nota 17. dabit.

35.) Ut recte monuit Cellarius
 Lib. II. Cap. II. Sect. II. §. LXVIII.

§. III. 1.) Hist. Nat. Lib. III.
 Cap. III.

bus in Hispania Tarragonensi. 2.) Inde illorum vrbs TVRIaso, II. TVRIaso, 3.) TVRIason, 4.) immo et TRasō, 5.) siue TYRIaso, 6.) nunc Tarazona. 7.) II. TVRAniana TVRRIanaue in itinere 8.) a Castulone Malacam Vrcin inter et Murgin, quorum prius Orche, posterius Murga hodie dicitur, 9.) prouinciae Baeticae. De fluvio DVRIO erit locus dicendi alia pagina. 10.)

S. V.

Omnium frequentatissimum DVRVM Britannis priscis. 1.) I. DVROuernum, 2.) DOROuernum, 3.) DVRAuernum, 4.) DVRAuenum, 5.) DVRAuenum, 6.) DVRAuenum, 7.) contracte DROuernum, 8.) DVRAuerus, 9.) ΔΑΡΟΥΕΡΟΥ 10.) Cantiorum, ex quibus 11.) obliterato isto adhuc nominatur Canterbury vel Cantuaria archiepiscopalii sede longe celeberrima vrbs. 12.) II. DVRObri-
uae,

2.) Ptolemai Lib. II. Cap. VI. et complurium numorum, quos vidit Surita ipso teste ad Antonini Itiner. p. 443.

3.) Antonini Itiner. I. c. p. 442.
4.) Geographi Rauennatis Lib. III. Cap. XXXXIII. et Hieron. Paulli.

5.) Vfuardi Prid. Id. Nouembris.

6.) Idatii ad ann. XXV.

7.) Indice Weselingio ad Itiner. p. 443. Videas et Cellarium Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. I. Sect. III. §. LXII.

8.) Quod Antonini aeuo inibant ex Weselingiana editione p. 405. quam euoluas.

9.) Petro de Marca Marc. Hispan. Lib. II. Cap. III.

10.) Interseccione II. huius Secti-
onis secundae P. priori §. III. N. III.

§. V. 1.) Ceu iam animaduerit
Cellarius Lib. II. Cap. III. §. XXXVIII.

2.) Antonini Itiner. p. 472. et

473. Geographi Rauennatis Lib. V. Cap. XXXI.

3.) Bedae Hist. Eccl. Lib. I. Cap. XXV. et XXXIII. Lib. II. Cap. III. atque Geographi Rauennatis Lib. V. Cap. XXXI.

4.) Vt codex Cusanus ex Wes-
elingii p. 473. indicio.

5.) Vt alius codex a Surita perlu-
stratus.

6.) Quod etiam aliis codex
eiusdem.

7.) Vt hoc.

8.) Quale habet Simlerus.

9.) Tabulae Peutingerianae.

10.) Ptolemai.

11.) Quale iam in superiori III. §.
N. III. et eius nota 17.

12.) Quod suitas paullo ante no-
ta 3. excitatus Beda Cellario Lib. II.
Cap. III. §. XX. et Weselingio p.
472. fecus ac Simlero, cui Douer,
quod tamen potius veterum Dubris

uae, 13.) DVRObrabis, 14.) DVRObrouae, 15.) DVROprouae, 16.) DVRObreuis, 17.) quae est Roffa, hodie Rochester non minus episcopo insignita, 18.) III. In austrum a duabus ipsis vrbibus est DVROlenum, 19.) vulgo DVROleuum, 20.) hodie Lenham, 21.) III. DVRonouaria 22.) sive DVRononouaria 23.) DVROtrigum 24.) oppidum, immo et DVRNium 25.) non Dunium 26.) omnium doctiorum 27.) consensu DORchester hodie dictum. V. DVROLitum 28.) haud procul Londino in Leiton se se ostendens, 29.) VI. DVROcibriuae 30.) vel DVROcobrius, 31.) DVROcobiae, 32.) cuius posituram reperiunt plerique 33.) in Heriford, alii 34.) in Redburna. VII. DVRO-

portus, vt vel Cellarius §. XXIII. et Wesselingius ad Antonin. Itiner. p. 473. monstrarunt.

13.) Antonini Itiner. p. 472. 473. 475. vbi tamen semper cafu sexto Durobriuus.

14.) Vt in Geographio Rauenna-te Lib. V. Cap. XXXI. circumfertur.

15.) Quod alii codices Itinerarii habent.

16.) Vt alii hoc.

17.) In charta fundationis ecclesiae Roffensis apud Burtonum Comment. in Antonin. Itiner. p. 179.

18.) Vt Cellarius §. XXI. et Wesselingius ad Antonin. Itiner. p. 472. ex illa charta demonstrarunt.

19.) Non sine specie veritatis adoptatum a Cellario Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. IIII. §. XXII. si in Lenham quaerendum.

20.) Vt vel denuo Wesselingius cetera acutissimus Vir dedit in Antonini Itiner. p. 472. nec monuit, codices diuertere. Qui error autem scribenis legentisue frequentior, quam in *n* et *u*?

21.) Quae sententia probatur Camdeno, Cellario, Wesselingio, aliis.

22.) Antonini Itiner. p. 483.

23.) Eiusdem p. 486.

24.) Ptolemaei Περὶ τῆς Φρυγίας. Lib. II. Cap. III.

25.) Ex emendatione Cellarii §. XXXIII.

26.) Quod hodie in Ptolemaeo legitur.

27.) Consensu Cellarii et Wesselingii p. 483. ad Itinerarium toties nominatum.

28.) Aequo Itinerarii Antoniniani p. 480.

29.) Vt ostenderunt Cellarius §. XXXVIII. et Wesselingius ad Itinerarium praeeunte Camdeno.

30.) Antonini Itiner. p. 471. et 479.

31.) Eiusdem p. 476. in quibusdam libris.

32.) In Vaticano ita legit Cel. Wesselingius.

33.) Cum Cellario §. XXXII. et Wesselingio p. 471.

34.) Vid. Burtonus Comment. p. 146.

DVROcornouium, 35.) quod si Dobunorum *Corinium*, 36.) non iniuria Galeus emendauerit 37.) DVROcorinium, fueritque 38.) *Circæster* vel *Cirencester*. Sribitur et 39.) DVROcoronauis. VIII. DVROlipons, 40.) quod *Huntingtoniae* aut *Gormancheftiae* plures, quidam in *Cantabrigia*, quaesuerunt. 41.) VIII. DVRObriuiae 42.) cum illis superiori N. ll. descriptis non confundenda, sed DVROliponti proximae, cuius vestigia Camdenus in DORneford, Galeus in Brig *Casterton*, Romana Britannia circa *Castor* vidisse putant. 43.) Huc referrem X. DVRCinate, XI. DVROniguto, XII. DVRObrisin, si certiora de eius situ et auctore 44.) constarent, cuius commatis etiam est 45.) XIII. DVRIarno.

Vt autem summum Numen finat, Aenariae superbae blanda domna naturae reddere refocillatam perenne MATERM patriæ CELSISIMAM, est, quod EIVS natali feliciter illucescente

CHRISTOPHORVS SALOMO WAGNERVS Gefellasaxo prouocet carmine vernaculo *Musas Curianas*, vt Mineruam suam sequantur in Latium.

ANDREAS PRELLIVS Schoenbrunnensis doceat Latina lingua exemplo CELSISSIMAE MARGGRAFIAE, quo pacto feminæ iter ingrediantur salutare.

CHRISTOPHORVS ADAMVS AKERMANNVS Leucopolitanus ore patrio exponat, an peregrinatio religionis causa feminæ meunda.

IOANNES CHRISTOPHORVS SONTAGIVS Sparneccensis eodem genere tueatur, sanitatis ergo cum maxime feminis principibus esse peregrinandum.

35.) Antonini Itiner. p. 485.

37.) Ptolemaei atque Geographi Rauennatis Lib. V. Cap. XXXI.

37.) Indice Wesfelingio ad Itinerarium.

38.) Adprobantibus eodem et Cellerio §. XXXXIII.

39.) Si recte scriptit Geographus Rauennas Lib. V. Cap. XXXI, aut potius, si eius opera eum recte descriperunt.

40.) Antonini Itiner. p. 475. Camdenus manuult *Durosponte*, Galeus *Duroliphante*, quæ tamen MSS. damnatur ex indicio Wesfe-

lingii ad l. c. atque sano iudicio.

41.) Vt discas ex Wesfelingio laudato.

42.) Eiusdem Itinerarii l. c.

43.) Quas diuersas sententias proposuit toties adhibitus Wesfelingius.

44.) Qui est Geographus Reuennas Lib. V. Cap. XXXI, qui aut ipse aut eius librarii saepe aberrauerint a via.

45.) Eiusdem Geographi, quod supra N. l. descripto *Duroverno* accedit proprius, ni idem etiam iste daret.

Yb 4473

KD 18

ULB Halle
006 302 904

3



2c





Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HE RMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. VIII

VT
CELSISSIMAE. PRINCIPIS. AC. DOMINAE.
DOMINAE
FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE
REGIAE. PRUSSORVM. STIRPIS
RELIQVA
PATRIAEC. MATRIS. OPTIMAE
DIEM. NATALEM

D. III. IVLII. CICCCCLV
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C
QVA. DECET. ANIMI. DEVOTIONE. CELEBRATVROS.
FREVENTIA. BENEVOLA. AVDIANT
OBNIXE. ROGAT
EIVSDEM. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS, IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN, TYP